32. 31

ACOLVTHIA, SEV ARGVMENTVM TOTIVS

operis; hoc est cohærens & apta sedes clavis Scientiæ, & Potestatis, Iuris naturalis, Divini, Gentium, Pontificij, Cæsarei, Hispanici, ac Americi, seu novi Orbis.

AVCTORE

PATRE CHRISTOPHORO GARCIA YANEZ Societatis IESV, ex oppido Metimnensi, Diuini, atque Humani iuris professore, sanctæque Inquisitionis Censore.

1 POS tquam de nominis etymologia, tituliq; expositione sermonem fecimus, primas quasi lineas ideæ nostræ clavis scientiæ, & potestatis depingentes; iam doctrinæ ordo nos premit, ut per divisionem, & partitioné eam plene perficiamus: Vlpiani vestigijs inhærentes, qui hanc methodum servare professus est, uti notant Glos. Bart. & reliqui scribentes in l. 1. ff. de iust. & iure, & merito: Quippe cum operis partitio, seu divisio sit brevis quædam materiæ compositio; uti docet Glos. in §. omnium, verbo divisio, instit. de obligation; eo quod rem clariorem reddat, per text. in l. 1. ff. de doli mali & metus exceptione in princip. ubi Glos. verbo, quo lucidius; Facit text. in §. sed nó usque, in fine, instit. deleg. & quasi in cópendio omnia divisionis attributa, colligit Gloss. celebris, in proœmio institut. verbo easdem institutiones; sic, *Partitio animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat; memoriam artificiose reformat.*

Diuisionis vis describitur.

2 Hac ergo de causa operæpretium duxi; seu pulchrum, & utile existimavi, uti dicitur in Sallustio, & notat Glos. in dicto §. sed non usque verbo operæpretium; in capite huius operis, quandam partitionem prælibare; ut sic maneat altamente repostum; iudiciú nostræ Clavis scientiæ, & potestatis, Quæ materies quatuordecim tractatib⁹ clauditur, ac perficitur. In primo, cú Clavis iuris sit, & hoc præcipuú munus; utpote scopus, ac obiectum; naturam ipsius per diffinitionem, & divisionem venamur. Deinde prout ius ars boni & æqui dicitur, seu iurisprudentia, uti eleganter Celsus definivit, & tradit Vlpianus in l. 1. ff. de iustitia & iure: in suas quasi classes secamur: ut singula queque locum teneant sortita decéter; uti dixit Laurent. & tradit Glos. in cap. singula in fine dist. 89. sicuti singula membra corporis, singulos actus exercent; quorum varietas, tú corporis robur servat; cum & pulchritudinem repręsentat: uti docet Gregorius Papa, & refertur in dicto cap. singul. dist. 89. Sic corpus nostri operis, seu iuris; primo, per diversa membra partimur; ut eius venustas manifestari incipiat; nempe illud dividétes in ius naturale, Divinum, Gentiú, Cæsareum; Pontificium, Partitarum; Recopilationis, Fori, Stili, Ordinamenti, Tauri, ac Americi, seu novi orbis; Hic autem in calce tradimus methodum allegandi, ac operam dandi omnibus his iuribus.

Quibus tractatib⁹ op⁹ hoc clauditur.

Prima diuisio in ius naturale Diuinum, Gentium, &c.

3 Post ea quam superiori tract. universi iuris notitiá generatim traddidimus; superest ut in hoc 2. speciatim de omnibus principijs, quibus nititur, tam primarijs, quàm secundarijs instituamus sermonem ordine alphabetico ad compendium revocatis, exempli gratia, in lit. A. omnia principia, quæ cum ea incipiunt. Nempe ab Etymologia nominis bonum argumentú deducitur. Absens in criminalibus, neque accusare, nec accusari potest: Absens causa reipublicæ, reputatur præsens: Ambulatoria est voluntas usque ad ultimum vitæ. & alia quá plurima. Idémque in reliquis literis cum suis concordantibus: Antinomijs penê infinitis; Solutionibus, & resolutionibus; tum de iure Cæsareo Romanorú; cum de nostro Hispaniarú

Secunda diuisio in principia uniuersi iuris.

Duodecim loca topica.

A regno;

De varijs locis arguendi.

regno; ita ut vix, aut ferme sit text. in toto corpore iuris, qui non adiudiciũ, & concordiam à nobis vocetur: uti ex ipso alphabetico satis & plusquam satis apparebit. Et ut firmũ maneat axioma illud, nihil in iure contrarium; ante omnia tanquam fundamẽta duodecim loca topica, prælibare decrevimus, cum selectis quibusdam antinomijs; ex quibus brevi manu, ad instar turris munitæ valeat quis opposita tamquã ad ædipum, trutinata dissolvere: Insuper cum in scholis, pariterque in causis forensibus, occurrant passim lites agitandæ; ut pro dignitate defendi queant; partim agendo, partim excipiendo; varij loci arguendi proponuntur; Nẽpe, Ab ætymologia; A Priori; A Posteriori, A Causa; ab Effectu; A Definitione ad definitum; A Natura rei: A Ratione cessante; Ab identitate: A contrarijs; Ab speciali: A sufficienti partium enumeratione; A Correlativis: A Connexis; A separatis: A puris particularibus: A Maiori ad minus: & econverso, Ab Infinito; Absurdo; Ridiculo; & turpi vitando; ab Impossibili; raro contingẽti; A Necessitate; A superfluo; & A Minimis; ab Assuetis; A Medio in rebus; A Facto; A præsupposito; A Toto; A Verbis geminatis: Ab enunciativis: A subrogatis; A Coniugatis: A Simplicibus ad mixta; ab Indefinitis: A vero simili; A Novo emergenti; A Veritate ad errorem; A Casu ficto ad verum; A Numero plurali; A voluntate, & proposito; A Consuetudine ad legem: A Tacitis ad expressa; A præparatorijs ad præparatum: Ab A Equitate ad rigorem: Ab exemplo; A Circuitu cavendo; A Legibus correctis: Ab Arte ad naturam; A Privatione ad habitum: Ab Auctoritate; A Tempore presenti, & Futuro; A Contractibus ad ultimas voluntates; A Milite ad Clericum: Ab Analogo ad sua analogata; & alijs similibus. Demũ omnes definitiones rerum; ac personarum, quæ in iure continentur notamus: Formam & stilum procedendi in tribunalibus: tum à iudice; cum à suis ministris; ad praxim reducimus, ut hoc solo tractatu possit scholaris iuris arcana penetrare; Doctores interpretari; Advocati patrocinari; Iurisconsulti publice respondere: unde merito nomen clavis aureæ sibi vẽdicare poterit.

Omnes definitiones iuris proponuntur, et exponuntur, et stilus procedẽdi in tribunalib⁹ traditur.

Tract. 3. omnia prædicta iura ad inuicẽ cõparat.

4 In tertio autẽ tract. omnia prædicta iura ad invicem comparamus; tum in foro fori, cum in foropoli; ut veritas sæpius exagitata magis splẽdescat, & expugna victoria.

5 In 4. Tract. de auctoritate traditionum, legum, Rubri, ac Nigri, & an fas sit ab illis aliquando, & à decretis Pontificum pedem referre.

Tract. 4. de auctoritate traditionũ, legũ, &c.

6 In 5. Tract. de auctoritate Glossarum, Rotæ, Cancellariæ; ac Declarationum Cardinalium.

Tract. 5. de auctoritate Glossarum, &c.

7 In 6. Tract. de Auctoritate Doctorum Ecclesiæ; electione opinionum: de earum qualitate, seu censura, & quãdo absque novitatis nota sustineri, ac defendi queant.

Tract. 6. de auctoritate Doctorum electione opinionum, &c.

8 Deinde sequitur Tract. 7. qui inter omnes ferme omne tulit punctum; siquidem miscet utile dulci: versat etenim vim, & potestatem clausularum, tum in decretis Pontificum, cum in sanctionibus regũ, quæ pene infinitæ sunt; Nos autem dividentes lucem at tenebris, selectas producemus; & ut tibi lectori appareat, aliquas in procinctu referemus. Exempli gratia, de clausulis solitis apponi in iubileo centesimo: in Bulla Cruciatæ; in Bulla Cœnæ Domini; in indulto generali ab Hispaniarum Regibus concesso ob celebrationẽ nuptiarum, aut alicuius filij natalem.

Tract. 7. de vi et potestate clausularum.

De clausulis Iubileo centesimo & indulto generali Regum.

De clausulis reservativis, restrictivis; ac dubijs: ex motu proprio; certa scientia; non obstantibus; de verbis geminatis; enunciativis; narrativis: de cõsilio, de concensu: si preces veritati nitantur: De plenitudine potestate; supplentes omnẽ defectum; nihil novari.

De reservativis, ex motu &c.

De clausula immemoriali, quod tẽpus ambiat, & an faveat vitio nullitatis.

De immemoriali.

De clausula Speciali, aut Generali; & quam vim habeant præcipue circa concilium Generale.

De speciali, & generali.

De clausula, in qua facta est commissio, expresso simul nomine dignitatis, & personæ; an censeatur personalis, & transeat ad successorem? & quãdo electa industria personæ? de quo etiam in cap. requisiti, de testamentis, & l. inter artifices, ff. de solut.

Quando censetur electa industria personæ.

De clausula, facultate delegata officiali diœcesano; quid operetur, & an se extendat ad officialem Capituli; aut delegata cõfessario, & quod valeat pro foro interiori dumtaxat, quo pacto intelligatur?

De clausula pro foro interiori.

De clausula, appellatione, relatione, supplicatione remota; De iure quæsito non tollendo, ad beneplacitum nostrũ, aut Sedis Apostolicæ, valeat meliori modo; perinde valere: Caste vivat; si

De clausulis appellatione remota, iure quæsito, de plano & similibus.

prolem

prolem habeat de quibus liberis intelligatur, de quo in l. cum vir 25. l.si vir. 60. cum lege sequenti, ff. de condit. & demonstrationibus; prout constat: de clausulis innovamus: confirmamus; renovamus, prorogamus; fiat ius, aut Iustitia Peto iuris, & iustitiæ complementum; velo levato, in necessarijs auxiliũ tuum imploro; de Plano; absq; strepitu iudicij, & an tunc iudex possit procedere extra probata et acta: ubi obiter explicantur Authent hodie iurant, C. de iudicijs, cap. cum ad Sedẽ Apostolicam, de restit. spoliat. cap. vestra, cap. tua, cap. quæsitum de cohabitatione clericorum, & mulierum; de clausula non obstante aliqua lege, statuto, aut tali lege: si possit personaliter residere, statim; illico; incontinenti. Quod celebrẽt Cappellani in tali Ecclesia, vel loco; quod sint presbyteri; resideant; & assistant ordinandi in choro: hoc concedimus tibi, non tanquam tibi; de quo in cap. ad Audientiam de præscrip. & ibi glos. verbo tanquam.

Illico: in continenti.

De clausulis cappellaniæ.

Clausula in Maioratu, ut nubat nobili, quod succedat iure sanguinis; investiturę, aut hæreditario; linea masculina, & quando succedet fæmina, si hæreditas non sit adita: & quid de iure regni, de anno integro ad deliberandum hæres: hæreditas iacens: hæreditas renuntiatio, ut conficiat inventarium, causa caduci, prius vocatus, aut nominatus; instituo Titium. & Mævium, Titium cum Mævio, Titiũ simul, aut una cum Mævio. Ego Titius, & socij, si Titius tantũ habeat unum socium; ubi an verba pluralis numeri verificentur in singulari? De prælatione in locis, sedibus, oblationibus in Ecclesia, ac processionibus in plateis.

Clausula ut nubat nobili.

Hereditas iacẽs.

De inventario.

Prius vocatus.

Titius cũ Mævio.

De Prelatione in locis.

De clausula ad causas pias: & quid eius appellatione veniat, aut parentis, Rei, bonorum, Collegarũ, partis, magni, parvi, plus, minusvè, filij, præcipue in dubio, puberis, impuberis, pupilli, patroni, familiæ, liberi, ingenui, liberti, libertini, servi, servæ. seu Ancillæ, mancipij, Nuri, Proximi, Meretricis, cõcubinæ, cõcubinarij, Quæstoris Eleemosinarum, Hęredis, Hęreditatis, Hominis, Pecuniæ, Oppidi, urbis, Territorij, Provinciæ, Proregis, Præsidis, Virgæ, sententiæ, Doctoris, literati, illiterati, Idonei, Digni, Parochi, Parochiæ, Præbendæ, Distributionũm, Annatæ, Anathemæ, collationis, Catenæ, Amen, Adiaphari, Anthidoralis, vocis populi, Dominij, usus, ususfructus, usus iuris, usus facti, Decreti, statuti, legis, privilegij. EpijKiæ, cõsuetudinis, iudicij, Rei, Actoris, vinculorum, instrumentorum, Armorum, lecti quotidiani, vestis laræ, librorum, ligni, sylvæ, Agnorum, Mulorũ, Hyacinthorũ, Bibliothecæ, carthæ, Pali, Perticæ, Chirographi, casus veri, & ficti, Mortis civilis, & naturalis, Demum nomine cappellæ, Cappellaniæ laicæ, aut Ecclesiasticæ, Patroni secularis, vel ecclesiastici, & an ad predictos spectet non modo cappellanum principalem; verum substitutum, aut æconomum eligere; & de termino ad electionem, quæ omnia hic delineata, & suo loco affatim elucidata, pariterq; enucleata reperies.

De clausula ad causas pias cum alijs infinitis.

Casus verus, & fictus.

Capellania laica.

De Patrono in ordine ad præsentationem.

9 Huic tractatui est affinis octavus, in quo ad plenam notitiam, & intelligentiam statutorum, legum, Decretorum, Canonum, ac sanctionum; de vi & potestate dictionum, in iure selectarum sermonem facimus: Exempli gratia, Quid importet ista dictio Nõ, si adhereat verbo possum. Quid hæ dictiones, & cętera; aliqua; & seu; Præsertim; Maxime; interdum; si; cum; Immo; in; alius; aliud; fortè; Quamvis; Nihil; Nullus; Nullatenus; Omnino; omnimodo; Rursus; Deinde; sed; etiam; At; Per, Perinde; Ac; Penitus; Talis; Quam; sicut; Hic, Hæc, & hoc, Diu: Diutina; habitatio, et similes.

Tract. 8. de vi & potestate dictionum.

Variæ dictiones.

Quid Dictiones taxativæ, aut exceptivæ: Nisi: Præter: Exclusivę: Negativę: Affirmativæ: Disiũctivæ: Distributivæ: Dubiæ: Obscuræ: Possessivæ, Meum: tuum: suum: Geminatæ: Quid. si plures dictiones in aliqua oratione concurrãt; & similes: ubi de Privilegijs cum clausula, vobis dumtaxat.

Dictiones taxativæ: & exclusivæ.

Quid præseferant hæ dictiones, seu verba; sum, es, fui: statuimus; ordinam⁹: Precipimus: Imperamus: Mandamus: Obligamus: Vitamus: Prohibemus in virtute sanctæ obedientiæ: sub interminatione æterni Iuditij: autoritate Petri, & Pauli: aut Apostolica: ex vi voti; aut iuramenti præstiti: Teneantur: debeãt: necesse est: volo: statuo: Sancio: intẽdo: caveant: audiant: faciant, incurrant: non præsumant: Potest: solet: Debet: censemus: faciam hoc, & alia, quæ volueris: aut quod petis: omnia mea tua sunt; in tua dispositione: & verba quæcumquẽ promissoria: quæ vulgo dicuntur, de cũplimiento: præsertim si geminata sint: Relativum Quis, vel qui.

Verba in iure quando inducãt præceptum aut non.

Verba promissoria, & urbanitatis gratia.

Hæc omnia, & alia plurima ambit pri-

ma pars huius operis, quatenus clavis scientiæ nũcupatur,& merito(ni fallor) quippe facili negotio, quisquis ille sit, poterit arcana sapientiæ,non modo aperire,verum penetrare.

Tract. 9. seu 2. pars operis de iure Naturali.

10 Ast secũda pars huius operis à nono Tractatu exordium ducit, in quo de vi & potestate iuris naturalis,ut á iure gétium secernitur, sermoné instituimus. Principia germana eius ad unguem resecantes,uti sunt maiores dignitates.némpe, quod tibi non vis, alteri ne feceris; de quo in cap.1.dist.1. quia vetitum est alijs fieri, quod nobis fieri nolumus, l.1.ff.de solut. atq; in sacro eloquio tradit Christus Dominus Math.7.n.12.ut principium affirmativum, & positivũ, omnia ergo quæcumq; vultis, ut faciãt vobis homines,& vos facite illis,hęc est enim lex & Prophetæ: Vnde ortum duxit illud, Charitas bene ordinata incipit à se ipso, uti tradunt Bald. & Salycetus,in l.pręses,C.de servitutib. & aqua ubi bona glos. in principio. Propter quod canit Poeta,et tradit glos.ibi,verbo proximum.

Quod tibi nõ vis alteri ne feceris.

Charitas bene ordinata.

Alpibus ille perit, qui se plus diligit ullum,& Iustinianus Agris meis sitientibus, alios irrigare nõ debeo;in dict.l. præses. Hinc quando quis teneatur se prodere,aut alterũ denunciare.De quo in cap.Quis aliquando, §. his authoritatibus,de pænit distin.1.& cap.1.de Probationibus.Vnde aliud: Benefaciẽti,benefaciendum;quæ obligatio anthidoralis merito nuncupatur; de quo in l.si nõ sortem §.libertus,iuncta glos.verb natura,ff.de cõdict. indebiti,l.sed & si lege, §.consuluit,ff.de petitione hæreditatis l.Aquilius,ff.de donat.Vnde aliud,ius Naturale exposcit ut nemo cũ alterius iactura locupletetur; de quo in l. nam hoc natura,ff.de condictione indebiti, cap.suã de pænis.Huc spectat illud vim vi repellere licet in l.ut vim,ff.de iustit. & iure. in quo fundantur iustæ defensiones,quæ dicuntur in culpatæ tutelæ; tam autoritate privata; quam cõmuni, Pontificia,aut Regia,de quo pulchre in l.1.§.cũ Arietes,ff.si quadrupes pauperiẽ fecisse dicatur;l.prohibitũ,C.de iure fisci,lib.10. & an ad resistendũ possit gravat' cõvocare coniũctos, & amicos & quãdo quis falso fuit infamatus possit pro pulsando iniuriã,& alterũ falso infamare per viam recompensationis,& ante omnia videas dict.l.prohibitum.

Quando quis teneatur se prodere?

Benefacienti benefacere.

Nemo cum alterius iactura locupletetur.

Vim vi repellere licet.

Altera dignitas maior est; quod de iure Naturali sit,Maris,& fæminæ coniunctio;filiorumq; procreatio;ac educatio;de quo in l.1. §.ius Naturale,ff.de iust.& iur.& §. hinc descẽdit inst. ... dẽ iure.Hinc iure naturę omnia sũt cõmunia,l.ex hoc iure,ff.de iust.et iur.et ca. ius Naturale,dist.1. omnesq; homines liberi nascuntur ind. cap.ius Naturale, & l. manumissiones,ff.de iusti.& iure, & l. quod attinet, ff. de Regulis iuris. Hinc ius Naturale agnationis, per tex. in l. ius agnationis, ff.de pactis, & ius cognationis per tex.in l.ut vim,ff.de iustit.& iure. Vnde hominẽ homini insidiari nefas est:insuper iura sanguinis in l.iura sanguinis, ff.de Regulis iur. & §. penult.instit.de iure Nat. & §.athi,qui; instit.de hæred.ab intest. Hinc alimenta debita de iure naturali; & qui ea negat necare videtur, l.necare, ff.de liberis agnoscendis. Deinde an ex hoc iure descendat legitima filiorum? Suitas, nec non & hereditas debita parenti ex bonis filiorum:Testamenti creatio; rerum divisio, furti prohibitio:ubi disputabitur an legitimæ filiorum possit gravamen apponi,de quo in l.quoniam in prioribus; l. filijs matrem;C. de in officioso testamento; & quid in vita possint disponere in præiudicium filiorũ, & hi an teneantur debitis Parentum.

Maris & fe[minæ] coniuncti[o] naturali

Omnia comunia iure nat

Iura sangui[nis]

Alimenta ... re.

Legitima ... gravamen.

Alia dignitas maior est; nempe ius naturale est immutabile, seu nequit tolli,in l.eas obligationes,ff.de capitis diminut.§.sed naturale,instit.de iure Naturali.

Ius Nat. immutabile.

Maxima, & prima dignitas est, erga Deum Religio,& huic affinis,ut parentibus,& Patriæ pareamus de quo in l.2. ff.de iustit.& iure,& quamvis iurisconsultus Pomponius ibi reducat hæc ad ius Gentium, tamen nos,hoc ius naturale rationale appellamus; ut illud ab instinctu Brutorũ secernamus, de quo affatim in sequentibus sectionibus reperiri poterit præsertim Tract.11.

Religio ... Deum, & ... rent espi...

Huc spectant iuris præcepta,nempe, honeste vivere,alterum non lædere,ius suum unicuiq; tribuere;de quo in l. iustitia,ff.de iustit.& iure.

Post tractatum de iure Naturali, sibi 11 vendicat locum tractatus decimus, de vi & potestate iuris divini;ubi principia eius pro dignitate enucleanda ac resecanda erunt;Nempe dignus est mercenarius mercede sua;Lucæ 10. & cap.cũ secundum Apostolum; de præbendis. Quod alijs verbis circumferri solet.Nõ alligabis os bovi trituranti;de quo Deuteronomij 25.n.4.& prima ad Corinth.

Decimus T... de iure di...

Dignus est ... cenarius.

Non alligabis os,&c.

Qui altari servit.

9 num? vel alijs, qui altari servit, de altari vivere debet, de quibus omnibus est bonus tex. in cap. extirpandæ, de præbendis. Hinc, qui non laborat non manducet, de quo glossa in l. quamvis, ff. de damno infecto, & quod non capit Christus, rapit. Fiscus in cap. maiores 16. q. 7.

De correctione fraterna.

Item si peccaverit inte frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum; Matthęi cap. 18. n. 15. S. Thom. in 4. dist. 19. quęst. 2. & 22. quæst. 33. et quolib 11. quæst. 13. Divus August. 1. de civitate cap. 9. & alij graves Doctores suo loco referendi; in quorum contemplatione, præcepta á Christo Domino in lege gratiæ statuta, præcipue circa materiam sacramentorum attingemus; insuper correctionis præceptum; Prælatorum, & Parochorum residentiam; ius decimarũ; & Quartæ Episcopalis, ac Funeralis; ordinandorum, & confessariorum scientiam; examinatorum Synodalium peritiã, ac obligationem; tam ipsorum quam Episcoporũ; iuxta formã á Concilio Trid. Patribus, & Canonib. traditam, & approbatã; nẽpe de oppositione per edictũ, ac de examine per cõcursum; de modo ferẽdi suffragiũ; ne collatio beneficij fiat nulla; ad unguem resecabimus, præcipue an iudices laici executores sint Concilij Tridentini circa residentiam pręlatorũ, & qui terminus in iure assignetur illis ad obtinendam possessionem Episcopatus; aut fieri debeat in continenti.

De residentia Prælatorum.

De quarta funerali.

De examine Parochorum.

An iudices laici executores sunt Conc. Trid.

Tract. 11. de iure gentium,

12 Statim se se offert tractatus undecim⁹ ubi de vi, & potestate iuris gentium, ut à naturali secernitur sermo fit. Cuius principia studiose enucleãda erunt, nẽpe dominia rerũ iure gentiũ sunt introducta; item mãcipia; & servitus, manumissiones; liberti, & libertini, de quo in l. manumissiones, ff. de iust. & iur. & in §. servitus cũ sequentibus instit. de iure personarum. Rursus ex hoc iure gentiũ introducta sunt bella; discretæ gentes; Regna cõdita; dominia distincta; agris termini appositi; ędificia collata; seu cõiuncta; ut civitas, castrũ, & villæ; cõmerciũ; emptiones, vẽditiones, locationes; conductiones; permutationes, obligationes institutæ; nẽpe naturales, non tamen civiles, de quo in l. ex hoc iure iũcta glos. vérbo obligationes, ff. de iust. et iure; & §. ius autem gentiũ instit. de iure nat. & l. qua action. §. 1. ff. ad legẽ Aquiliam. In cuius contẽplatione quam plurima circa mancipia; Indos ascriptitios; seu glebæ ascriptos; Bella; ciuitatẽ, successionem; legitimã, Testamẽtorũ, conditionẽ; furtum, & similia, quo iure fuerint introducta, pariterq; prohibita.

Quo iure introducta, dominia servitus, bella.

Tractatus autem duodecimus vocat 13
ad iudicium vim, & potestatẽ iuris Cęsarei, ubi penè infiniti Apices cum suis Antinomijs reconditis examinantur: Deinde sermo erit de iure scripto, & non scripto, Honorario; seu viva voce; de quo in l. ius civile, l. nã ipsum, ff. de iust. & iur. & in §. constat, §. prætorum inst. de iure nat. Rursus de iure Quiritũ, seu Romanorũ, de quo in §. sed ius quidem inst. de iur. nat. De iure prætorio; de legibus; Plebiscitis; senatus consultis; Respõsis prudentum; de quo in l. ius autem civile, ff. de iust. & iure, & in §. lex est, §. senatus cõsultũ, §. prætorum; §. Responsa prudentum, instit. de iure nat. Insuper de placito Principis quando legis habeat vigorẽ? de quo in §. sed & quod Principi. instit. de iure natur. De iure sũpto pro loco; ubi ius redditur, de quo in l. ius. pluribus modis, ff. de iust. & iur. item de iure sanguinis, cognationis, seu necessitudinis de quo in l. fin. ff. de iust. & iure. Vlterius de iure in re; ad rem; conditionali; & Agili; de iure quæsito; & quærẽdo, iuramẽto præstito, & præstando; & quomodo super hęc iura Principes, & Pęlati dispo nere queãt? De iure duro; seu rigoroso iuxta illud per quã durũ est, sed ita lex scripta est, de quo in l. prospexit, ff. qui, & à quibus. De iure æquitatis, quod ri rigoroso, strictoq; iuri opponitur; de quo in l. 2. §. item, ff. de Aqua pluvia arcenda. Quam æquitatem Aristot. Epijkiam appellavit 5. ethicorum cap. 10. & solet dici fas, cui nefas erit refragari.

Duodecimus Tract. iure cæsareo.

De iure scripto, & non scripto.

De honorario. Quiritum. Prætorio, & alijs.

De iure ad rem, & in re, & Agili.

De iuramento præstito, aut præstando.

De iure rigoroso.

De Epijkia.

Demum Encyclias iuris cõmentationes, seu populares quæstiones, quæ passim circũferuntur, & à nemine pro dignitate dissolvuntur, ad unguem resecabimus, nempe de privilegijs creditorũ, præcipue illustratur, l. de accessionibus, ff. de diversis & tẽporalibus præscrip. cap. auctoritate Martini, de concessione prebendæ in 6. l. Claudius Felix, & ibi glos. ff. qui potiores; l. fin. §. & si præfatam, C. de iur. deliber. ubi de triplici remedio competente creditorib. Hypothecarijs; nẽpe de iure prælationis; de revocatione, aut cõdictione ex lege, de quo etiam glos. in l. deferre, §. Papinianus, ff. de iure fisci, l. si fundus, §. in vindicatione, ff. de pignorib; Item exponitur lex si literarum, C. de solut.

De privilegijs creditorum.

 pro

pro literis Cambij; & Bancharij. Vbi de delegatione, & Novatione, & l. pupilli debitor; ff. de solut. ubi de vi cessionis, & etiam de prælatione salarij famuli, laborantis in agro, petentis alimenta; & similibus de quo in l. huius enim, ff. qui potiores, & obiter, l. his solis, C. de revocandis donat. de privilegio minoris; Ecclesiæ, & fisci; & an transferant dominium si vendant, habita fide de pretio; De privilegijs parentum occasione numeri filiorum, de quo in l. 2. §. remittit ff. de excusat. tutor. l. siquis Decurio, C. de decurionibus, lib. 10. l. unica, §. si plures liberos, ff. de portion. Quæ liberis damnat. cōced. De privilegiato quādo agit contra pariter privilegiatum? quomodo non guadeat privilegio suo, de quo in l. sed & milites, ff. de excusat. Tutor; l. verum, §. item quæritur, ff. de minoribus: De privilegio illorum, qui nequeunt conveniri ultra quam facere possunt, qui sint hi, & an possint in carcerem mitti, aut excommunicari si non sint solvendo? & quādo horum fideiussores, & similes possint ad instar uti tali privilegio? De dote secundæ uxoris, an vincat primam si bona illius extent? de quo in l. in rebus, C. de iure dotium: De privilegio impensæ funeris; multa nova, & notatu digna, tum ex iure Regio Hispaniarum, cum ex iure Cæsareo enucleantur. Quomodo possint coniuncti agere in iudicio pro affine, etiam absque mandato? de quo in l. sed & hæ personę, ff. de Procurat, & l. 10. tit. 5. part. 3. & amic⁹ pro amico? de quo in toto tit. de negotijs gest. Baldus in l. exigendi, C. de procurat. Gregorius Lopez, glo. 4. ad dictam legem 10. De remissione pretij propter casum sterilitatis; de quo in l. si uno; l. ex conducto, §. si vis, l. si merces; §. vis maior, ff. locati; l. licet, C. eod. cap. propter sterilitatem, de locato, l. 22. & 23. tit. 8. part. 5. & si valeat renuntiatio casuum fortuitorum? de quo in l. fillulas, §. frumenta, ff. de contrahenda empt. & quis dicatur casus in solitus? pulchre Alciatus consil. 49. aliàs 157. item, l. cum quid ff. si certum petatur, illustratur; & opponitur cum l. quidquid, ff. de verborum obligat.

De prælatione salarij.

De privilegio minoris fisci & Ecclesiæ.

De privilegio parentum occasione numeri filiorem.

De privilegiato contra pariter privilegiatum.

De privilegio eorum, qui nequeunt conveniri, in carcerari, aut excomunicari.

De dote secundæ uxoris quando prævaleat?

De impensa funeris.

De negotiorum gestoribus.

De remissione pretij, ob casum sterilitatis.

